bentes; *calyx* 5-phyllus scariosus, ante et post anthesin connivens, in anthesi patulus, bracteam inferiorem plus 3-plo superans; *foliola* exteriora bina paulo latiora et robustiora, ovato-oblonga, interna oblonga, nervo medio robustiori percurrente apice apiculata, omnia primo candida splendentia, dein fructifera flavescenti-albida; *corolla* nulla; *stamina* 5 in urceolum connata, germen arcte cingentem idque aequantem longitudine, *filamentorum* pars libera cupulae longitudine, e basi lata subulata; *antherae* oblongae luteae biloculatae, *pollen* luteum globosum; *germen* compressum, transverse oblongum, uniloculatum, *gemmula* unica, erecta, apice in *stylum* brevem teretem, longitudine filamentorum partis liberae attenuatum; *stigma* capitatum papillosum; *fructus* samaraefermis, dein inter calycis foliola persistentia partim tantum reconditus, indehiscens, membranaceus compressus elevato-marginatus, apice cordatus, ad latus utrumque paulo gibbosus et stylo persistenti coronatus, diametro transversali 0,1 poll., uniloculatus; *semen* unicum e funiculo umbilicali, e basi fructus adscendenti, tenuissimo albido filiformi dependens, reniforme brunneo-rufum nitidum, diametro 0,03 poll., verruculosum; *testa* crustacea; *embryum* periphericum *albumen* sat copiosum cingens.

Diese Pflanze findet sich auf Java, sowohl im östlichen Theile dieser Insel auf der Waldebene ân den Ufern des Lumut, in der Provinz gleichen Namens, als auch in Mitte Java an den Abhängen des Berges Ungarang nahe bei Medinie zwischen 3—5000′ Meereshöhe, als endlich im westlichen Java in der Nähe von Batavia; es findet sich dieselbe aber auch an der Küste der kleinen Insel Pontjang kitjil im Meerbusen von Tapanuli an der Westküste von Sumatra. Sie scheint also ziemlich weit verbreitet zu sein, wenn sie auch überall nicht gerade häufig vorkommt.

Düsseldorf den 4. Nov. 1851.

Sertum Florae Hispanicae

sive enumeratio systematica omnium plantarum quas in itinere anno 1850 per Hispaniæ provincias boreali-orientales et centrales facto legit et obsérvavit auctor Maurit. Willkomm, Phil. Doct.

(Continuatio.)

Santolina.

527. *S. Chamaecyparissus* L. *α. incana* Gren. Godr. l. c. 160. — Pl. exs. coll. ven. n. 249. (S. incana Lmk.)

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0767-7

In margaceis aridis prope Liedena, Yesa, inter Pamplona et Monreal et alibi in Navarra, in Aragonia superiore prope Jaca. Junio c. flor. juvenil.

β. *squarrosa* DeC. (S. squarrosa W.)

In sterilibus quercetorum prope Lagunta et alibi in Castella nova. Julio c. flor.

528. *S. rosmarinifolia* Mill. DeC. Pr. VI. p. 36.

Abundat in arenosis utriusque Castellae, Extremadurae regnique Legionensis ad radices montium tractus centralis sitis atque in ipsis montibus centralis, ubi usque ad alt. 4000′ adscendit. Sept. Oct. jam acheniis destit.

Achillea.

529. *A. odorata* L. — Pl. exs. coll. ven. n. 467.

In graminosis planitiei altae inter Molina de Aragon et Pozondón ad alt. 3500—4200′ satis abundanter. Aug. c. flor.

530. *A. Millefolium* L. β. *setacea* Koch. Gren. Godr. l. c. p. 162. (A. setacea W. K.)

In rupestribus montis calcarei Pena Gorveya in Vizcaya raro. Majo c. flor.

531. *A. Ageratum* L. forma humilis.

In arenosis pinetorum Serraniae de Cuenca passim. Aug. c. flor.

Pallenis.

532. *P. spinosa* Cass. DeC. Pr. V. p. 487. — Pl. exs. coll. ven. n. 135. (Asteriscus spinos. Gren. Godr. l. c. p. 172.)

In collibus arenosis apricis prope Bilbao, in margaceis inter Liedena et Yesa in Navarra, in sterilibus inter Borja et Vera in Aragonia. Majo—Julio c. flor.

Inula.

533. *I. salicina* L. Gren. Godr. l. c. p. 176. — Pl. exs. coll. ven. n. 376.

In dumetis inter oppidum Jaca et S. Juan de la Pena in Aragonia raro. Julio c. flor.

534. *I. crithmoides* L. Gren. Godr. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 497.

In sabulosis humidis ad fossas prope ad oram maris inter urbem Valencia et lacum Albufera copiose. Aug. c. flor.

535. *I. montana* L. Gren. Godr. l. c. p. 177.

In glareosis calcareis inter Jaca et S. Juan de la Pena in consortio *I. salicinae*, sed rarius. Julio c. flor.

536. *I. helenioides* DeC. β. *adenactis* C. H. Schultz Bip. in litt. Ligulis glanduliferis. Pl. exs. coll. ven. n. 432. et coll. sel. n. 117.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0768-3

In rupestribus calcareis prope pagum Prados-Redondos haud procul a Molina de Aragon; ad vinearum margines prope Bera in Aragonia inferiore. Julio c. flor.

537. *I. viscosa* Ait. DeC. Pr. V. p. 470. — Pl. exs. coll. ven. n. 558.

In arenosis humidis, in rivorum alveis, ad fluviorum ripas arenosas totius Hispaniæ australioris inde ab alt. 500′ usque ad 3000′: in vallibus montium valentinorum (v. c. prope Segorbe, Chiva), ad rivos Serraniæ de Cuenca, secus radices Sierrae de Guadarrama, in valle Tagi prope Toletum, in valle fluvii Jerte prope Plasencia etc. Aug. Sept. c. flor.

538. *I. graveolens* Desf. DeC. l. c. p. 468. — Pl. exs. coll. ven. n. 560.

In Extremadura superiore in agris desertis arenosis circa Casatejada, Toril, Malpartida. Oct. c. flor.

Jasonia.

539. *J. glutinosa* DC. l. c. V. p. 476. — Pl. exs. coll. ven. n. 479. (Chrysocoma verticalis Lag. nov. gen. sp. n. 330.)

In rupestribus, glareosis, ruderatis Hispaniae australioris: ad rupes calcareas prope pagum Prados-Redondos et prope Cuenca in Castella nova, inter Jérica et Segorbe in regno valentino, in gradibus theatri antiqui Saguntini prope Murviedro. Jul. Aug. c. flor.

540. *J. tuberosa* DC. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 532.

In argillosis sterilibusque Hispaniae australioris: in Aragonia in margaceis aridis inter Jaca et S. Juan de la Pena; in montibus prope Chiva in regno valentino passim, in arenoso-argillosis Serraniae de Cuenca, praecipue inter pagos Cardenete et Carboneras copiose. Aug. c. flor. In Sierra de Guadarrama prope monasterium el Paulár. Sept. defl.

Pulicaria.

541. *P. dysenterica* Gärtn.

Ad fossas inter Vivér et Jérica et alibi in regno valentino, etiam in Aragonia et Castella nova. Jul. Aug. c. flor.

542. *P. arabica* Cass. DeC. Pr. V. p. 478.

Ad vias, in ruderatis sterilibusque Castellae novae et Extremadurae satis copiose, v. c. circa Toletum, Talavera de la Reyna, Plasencia. Oct. c. flor. fr.

Helichrysum.

543. *H. Stoechas* DeC. Pr. VI. p. 182.

In margaceis aridis inter Liedena et Yesa in Navarra. Junio c. flor.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0769-1

544. *H. serotinum* Boiss. voy. Esp. p. 327. Gren. Godr. Fl. Fr. II. p. 184. — Pl. exs. coll. ven. n. 473. (H. serotinum α. occidentale Boiss. l. c.)

In glareosis, arenosis, incultis, sterilibus totius Hispaniae centralis et australioris inde ab alt. 100′ (a littoribus mediterraneis) usque ad 5000′ satis copiose: in argillosis sterilibus prope Teruël in Aragonia australi rarius, in regno valentino in calcareis vallis fluvii Palancia usque ad colles littorales, praecipue inter Segorbe et Murviedro copiose, in collibus inter Valentiam, Chiva et Requena; in pinetis Serraniae de Cuenca multis locis; abundat in arenosis secus radices meridionales et septentrionales tractus montium centralium, in quibus usque ad 5000′ adscendit (v. c. loco Puerto de Reventón in Sierra de Guadarrama); in Castella nova in arenosis circa Madritum (v. c. en el Pardo), Talavera de la Reyna, Oropesa; in Extremadurae superioris quercetis inter Navameral et Malpartida; in regno Legionensi inter Alba de Tormes et Salamanca; in Castella vetere inter Fontiveros et Villanueva de Gomez etc. etc. Jul. Aug. c. flor.

Obs. Cl. C. H. Schultz Bip. plantam a me prope Teruel lectam *H. angustifolium* DeC. esse scripsit. Sed *H. angustifolium* (Gnaphalium angust. Lmk.) sec. descriptionem cl. Gren. et Godr. l. c. a planta mea valde differt, pariter atque specimen hujus speciei Veronae lectum quod possideo in herbario meo. Planta hispanica a me diversissimis locis lecta et observata semper una eademque species erat atque cum descriptionibus *H. serotini* a cl. Boissiero et auctoribus Florae gallicae novae datis optime congruit, sed minime cum descriptione *H. angustifolii*, quod cl. Boissierus l. c. perperam ducit ad *H. serotinum*. Var. α. *occidentale* tollenda et var. β. *orientale*, quae ex auct. Boissieri identica cum *Gn. angustifolio* Slzm., quod Florae gallicae auctores ad *H. angustifolium* DC. ducunt, ab *H. serotino* separanda est, aeque ac var. γ. *microphyllum* (H. microphyllum Camb.). *H. angustifolium* DeC. verum in Hispania non nisi in littore Catalaniae crescere videtur ex quo loco cl. Colmeiro hanc speciem laudat. (Catálogo de plantas obs. en Cataluna.)

Gnaphalium.

545. *Gn. luteo-album* L.

In arenosis humidis ad viam regiam inter Banos et Bejar in regno Legionensi. Oct. c. flor.

Antennaria.

546. *An dioica* Gärtn. — Pl. exs. coll. ven. n. 423.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0770-2

In Pyren. Aragoniae in pascuis glareosisque regionis alpinae: Puerto de Canfranc, circa balnea Panticosa rarius; in declivibus superioribus atque in summo jugo montis Moncayo copiose. Junio, Julio c. flor.

Obs. Variat, ut apud nos, floribus albis et roseis.

Filago.

547. *F. spathulata* Presl. Jord. Obs. Fragm. III. p. 199. t. 7. Gren. Godr. Fl. Fr. II. p. 191. — Pl. exs. coll. ven. n. 422 b. sub nomine *F. germanicae.*

In calcareis sterilibus prope pagum Liedena in Navarra. Junio c. flor.

Logfia.

548. *L. subulata* Cass. Gren. Godr. l. c. p. 194. (L. gallica Coss. Gren. Filago gallica L.)

In arenosis circa Madritum, Sept. defl. et exsicc.

Micropus.

549. *M. erectus* Lag. Gren. Godr. l. c. — Pl. exs. coll. ven. n. 259.

In calcareis sterilibus prope Liedena in consortio *Filag. spathulatae*, etiam in valle fluvii Aragon prope Tiermes, Jaca etc. Junio c. flor.

Calendula.

550. *C. arvensis* L.

Ad vias, in ruderatis prope Segorbe, Murviedro, Chiva etc. in regno valentino, Aug. defl. et sine sem.

Echinops.

551. *E. Ritro* L. Gren. Godr. l. c. p. 201.

In argillosis sterilibus Aragoniae inferioris prope Gurrea, Zaragoza, Daroca etc. per totam Hispaniam australiorem. Julio c. flor.

Galactites.

552. *G. tomentosa* Mönch. (Centaurea Galactites L.)

Ad vias, sepes, in ruderatis inter Murviedro et Valencia copiose, sed mense Augusto jam fere omnino exsiccata floribus fructibusque destituta. Anno 1844 iisdem locis florentem legi.

Silybum.

553. *S. Marianum* Gärtn. DeC. Prodr. VI. p. 616.

Abundat in pinguibus, ruderatis, ad sepes et vias totius fere Hispaniae, v. c. circa urbem Pamplona copiosissime. Junio c. fl.

Onopordon.

554. *O. Acanthium* L.

Occurrit frequens in sterilibus, argillosis, ruderatis totius His-

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0771-7

paniae, praecipue in Aragonia inferiore et in utraque Castella. Jul. c. flor.

555. *O. illyricum* L. var. caule foliisque subglabris viridibus.

In sterilibus et incultis planitiei inter oppida Carinena et Daroca in Aragonia australi. Julio c. flor.

Obs. Ab *O. virente* DeC. Pr. VI. p. 618, cui habitu simile, differt anthodio arachnoideo nec glanduloso-pubescente, squamis exterioribus reflexis nec patulis, corollis glandulosis nec glabris. Cf. descriptiones *O. virentis* et *illyrici* apud Gren. Godr. Fl. Fr. II. p. 205.

556. *O. nervosum* Boiss. voy. Esp. p. 357. t. 108.

Abundat in argillosis Castellae novae, v. c. inter Madritum et Toletum, sed mense Octobr. jam fere omnino exsiccatum acheniisque privatum erat. Planta spinis validis horrida hominem alta.

557. *O. acaule* L. Gren. Godr. l. c. p. 206.

In Pyrenæis Aragon. in arenoso-argillosis in valle de Canfranc passim. Junio nondum florens.

Picnomon.

558. *P. Acarna* Cass.

In cultis, agris desertis inter urbem Valencia et opp. Chiva. Aug. jam fere exsicc. et defl.

Cirsium.

559. *C. lanceolatum* Scop.

Ad sepes prope Yrun et alibi in Cantabria. Majo c. alabastr.

560. *C. palustre* Scop. var. *spinosissimum*. Pl. exs. coll. ven. n. 193.

Ad sepes, muros, locis lutosis pinguibus circa Yrun, Oyarzun, Tolosa et alibi in Guipuzcoa. Junio c. flor.

Obs. Planta a specie habitu valde recedens, bipedalis et ultra, gracilis, foliis utrinque subglabris cum caule spinosissimis, capitulis ad apices ramorum numerosissimis dense aggregatis. An species propria?

561. *C. monspessulanum* All. Gren. Godr. l. c. p. 213. — Pl. exs. coll. ven. n. 494 et 529.

Ad fossas camporum Oryzae sativae prope Valentiam copiose, etiam circa Requena, Cuenca atque in pratis humidis prope Canada del Hoyo in Serrania de Cuenca. Aug. c. flor. et fr.

562. *C. bulbosum* DeC. Gren. Godr. l. c. 218. — Pl. exs. coll. ven. n. 29.

In pascuis siccis, collibus dumosis, ad sepes, in solo calcareo prope Yrun, Oyarzun, Renteria, S. Sebastian, Tolosa, Bilbao et alibi in Cantabria. Majo, Junio c. flor.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0772-3

563. *C. arvense* Scop. Gren. Godr. l. c. p. 226.

In cultis, segetibus, ruderatis per totam Hispaniam hinc inde, copiose in agris argillosis inter Zaragoza et Muel. Jul. c. flor.

Carduus.

564. *C. tenuiflorus* Curt. Gren. Godr. l. c. p. 226.

Abundat in ruderatis urbis Pamplona. Junio c. flor.

565. *C. acanthoides* L.

In ruderatis, ad vias circa urbem Pamplona satis copiose, sed medio Junio nondum florens.

566. *C. carlinoides* Gou. Gren. Godr. l. c. p. 236. — Pl. exs. coll. ven. n. 366.

In Pyren. Aragon. in arenosis graniticis prope balnea Panticosa alt. 4690′. Jun. c. flor.

567. *C. carpetanus* Boiss. Reut. diagn. pl. nov. Hisp. n. 35.

In ruderatis prope el Escorial passim. Sept. c. flor. et fr. sed dente asinorum valde mutilatus.

Carthamus.

568. *C. mitissimus* (L.) C. H. Schultz Bip. — Pl. exs. coll. ven. n. 106. (Carduncellus mitissimus DeC. Gren. Godr. l. c. p. 237.)

In arenosis montis calcarei Pico de Sarantes prope Bilbao raro; abundat in pascuis siccis prope Pamplona et alibi in Navarra atque in graminosis in valle fluvii Aragon. Junio c. flor.

569. *C. Carduncellus* (L.) C. H. Schultz Bip. (Carduncellus Monspeliensium All. Gren. Godr. l. c. 238. Carth. pinnatus Willk. Pl. exs. coll. ven. n. 470, non Desf.)

In glareosis planitiei altae calcareae inter Molina de Aragon et Pozondon ad alt. 3500—4500′ copiose, sed ineunte Augusto jam fere defl. (forma acaulis latifolia); in arenosis sabinetorum inter Pozondón et Celda, Aug. defl. (forma caulescens latifolia macrocephala); in argillosis inter Jaca et S. Juan de la Pena raro (forma gracilis angustifolia caule $^1/_2$—1-pedali), Julio c. flor.

Obs. Planta quoad caulem, foliorum figuram capitulorumque magnitudinem valde variabilis. *C. pinnatus* Desf., quocum formam caulescentem latifoliam commutavi, differt ex icone cl. Desfontainesii (Flor. atl. II. t. 229.) capitulo multo majore, squamis anthodii enerviis multo latioribus, foliis usque ad costam pinnatisectis, segmentis latis tripartitis ad costam subverticillatis. Hucusque in peninsula hispanica nondum repertus est.

570. *C. lanatus* (L.) C. H. Schultz Bip. (Kentrophyllum lanatum DeC. Gren. Godr. l. c. p. 265.)

In incultis, sterilibus, agris desertis Aragoniae inferioris, v. c.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0773-9

inter Bera et Borja, circa Zaragoza, Julio c. flor. Abundat in argillosis Castellae novae praecipue australioris.

Centaurea.

571. *C. dracunculifolia* Dufour in Ann. scienc. nat. tom. XXIII. (1831) p. 157. — Pl. exs. coll. ven. n. 489. (C. amara ϑ.? dracunculifolia DeC. Prodr. VI. p. 570.)

In graminosis humidis ad lacum Albufera juxta pagum Salér satis frequens. Aug. c. flor. et fr.

Obs. C. amara L., cum qua cl. Candollius l. c. plantam valentinam a cl. Dufour bene descriptam licet dubitanter conjungit, differt floribus marginalibus multo brevius radiantibus, foliis multo latioribus caulinis basi dentatis, caule sulcato, acheniis puberulis etc. *C. amara* in Hispania australi non nisi regionem subalpinam inhabitare videtur. Cf. Boiss. voy. Esp. Flore, p. 342.

572. *C. nigra* L. Gren. Godr. l. c. p. 243. — Pl. exs. coll. ven. n. 218.

In pratis in valle fluvii Bidassoa prope Zumbilla in Navarra copiose. Junio c. flor.

Var. minor decumbens. In graminosis collium calcarearum prope Yrun, d. 17. Decemb. c. flor.

573. *C. cephalariaefolia n. sp.* Perennis? caule erecto simplice vel apice parce et breviter ramoso, foliis radicalibus petiolatis obovato-oblongis vel spathulatis inciso-lobatis vel lyrato-pinnatisectis (primis sine dubio integris), caulinis sessilibus circuitu oblongis profunde pinnatipartitis, laciniis lanceolatis grosse et inaequaliter serratis vel inciso-lobatis vel integris apice dentibusque mucronatis, basi sinubus rotundis interstinctis, laciniis infimis auriculaeformibus caulem amplectentibus; capitulis ad apicem caulis vel ramorum solitariis, anthodii ovati basi umbilicati glabri squamis arcte adpressis magnis, infimis late ovatis, mediis late ovato-lanceolatis, intimis lato-linearibus, omnibus inde a medio anguste et scariose nigro-marginatis et appendice triangulari nigro fimbriato instructis; floribus persicinis, marginalibus breviter radiantibus; acheniis cinereo-fuscis compressis oblongis curvulis puberulis, umbilico barbato, pappo exteriore longitudine achenii, interiore brevissimo.

Hab. in arenosis calcareis Aragoniae australis et Castellae novae boreali-orientalis passim: ad vinearum margines prope Daroca, in rupestribus prope Prados-Redondos et alibi, ad alt. 1500—3500'. Diebus 26 et 29 Julii c. flor. et fr, sed foliis radicalibus fere destituta et dente bestiarum valde mutilata.

E sectione *Lopholoma* Cass. (DeC. Pr. VI. p. 580.) juxta *C.*

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0774-5

Scabiosam collocanda. Radix simplex cylindrica fuscescens. Caulis 1—1½-pedalis firmus angulatus sulcatus pilis raris lanatis crispis sparsus. Folia radicalia 5—6 pollices longa, caulina summa pollicaria vel semipollicaria, omnia rigida crassiuscula utrinque, sed præcipue subtus, pilis brevibus rigidis aspera, laete virentia figuram foliorum *Cephalariae leucanthae* aemulantia. Capitulum mediocre. Anthodium exacte ovatum demum umbilicatum, squamis nervosis cartilagineis dilute viridibus. Appendices squamarum inferiorum et mediarum adpressae, intimarum reflexae, ciliis latitudinem appendicis aequantibus. Flores anthodio longiores, antheris testaceis. Achenia 2½—3‴ longa nitida. Paleae pappi exterioris valde inaequales elegantissime plumoso-pinnatae.

A *C. Scabiosa* L., cui habitu valde affinis, capitulis minoribus, anthodio exacte ovato nec globoso, squamis multo majoribus et multo minus numerosis multo angustius marginatis, appendicibus minoribus, floribus marginalibus brevioribus, acheniis cinereo-fuscis nec nigris, pappo concolore nec rufescente, foliorum figura etc. bene distincta est.

574. *C. hyssopifolia* Vahl. (Symb. bot. I. p. 75.) non Willd. — Pl. exs. coll. ven. n. 537. (Stoebe fruticans, incana brevi hyssopi folio, capite tereti et cirroso. Barrel. Ic. 306. obs. 935. Cent. punctata Duf. in Ann. sc. nat. tom. XXIII. p. 159.)

In gypsaceis Castellae novae passim satis copiose, v. c. inter Horcajada et Carrascasa, Fuentiduenas et Villarejo, prope Aranjuez. Aug. c. flor. et fr.

Obs. 1. Specimina mea cum descriptionibus cl. Vahlii, qui hanc plantam eximiam in Castella vetere legit, et cl. Dufourei, qui eam in collibus aridis regni valentini detexit, atque cum icone cl. Barrelieri optime conveniunt. Cl. Candollius in Prodr. VI. p. 573. *C. hyssopifoliam* Willd. sp. pl. ad speciem a Barreliero primum descriptam ducit, sed secundum Dufoureum planta Willdenowiana a specie Barrelieri distincta est. Planta nostra a Dufoureo bene descripta est.

Obs. 2. Ictu insectorum quorumdam anthodia speciminum nonnullarum dimensionem majorem et figuram plane alienam, nempe obconicam, sibi induerant, ita ut speciem distinctam constituere appareant.

575. *C. castellana* Boiss. diagn. pl. orient. VI. 129. ex auctor. cl. C. H. Schultz Bip. — Pl. exs. coll. ven. n. 448.

Ad vinearum margines prope Daroca in Aragonia australi copiose; in Castella nova circa Tarancón, Arganda del Rey, Toletum etc.,

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0775-1

in regno Legionensi ad viarum margines circa urbem Salamancae, in Castella vetere inter Fontiveros et Villanueva de Gomez, — sine dubio per totam Hispaniam centralem. Jul. Aug. c. flor. fr.

Obs. Achenia speciminum meorum diversis locis lectorum cinerea. concoloria nec nigricantia albo-striata, ut ex diagnosi cl. Boissieri. Pappi series externa achenium dimidium vix aequans.

576. *C. ornata* Willd. DeC. Pr. VI. p. 588. — Pl. exs. coll. ven. n. 447.

In rupestribus aridis atque ad vinearum margines in consortio praecedentis prope Daroca, copiose in planitie alta inter Molina de Aragon et Pozondón circa pagos Chera et Setiles (abundat in aridis Baeticae superioris). Jul. Aug. c. flor. et fr.

577. *C. aspera* L. Gren. Godr. Fl. Fr. II. p. 259.

In aridis inter Jaca et S. Juan de la Pena in Aragonia superiore raro. Julio c. flor.

578. *C. calcitrapoides* L. DeC. Pr. VI. p. 597. — Pl. exs. coll. ven. n. 94 b.

In sterilibus salsis in valleculo Barranco salado prope oppidum Zuera in Aragonia inferiore copiose. Julio c. flor. et fr.

Obs. Haec species in Europa occidentali nondum observata erat.

Microlonchus.

579. *M. salmanticus* DeC. Pr. VI. p. 563. — Pl. exs. coll. ven. n. 189.

In olivetis prope Alagon in Aragonia; abundat in cultis et ruderatis totius Hispaniae australioris. Julio c. flor.

Leuzea.

580. *L. conifera* DeC. Pr. VI. p. 665. — Pl. exs. coll. ven. n. 387.

In rupestribus apricis summi jugi montis Sancti Joannis prope Jaca ad alt. 3500', Jul. c. flor. In glareosis Aragoniae inferioris et Castellae novae passim.

Carlina.

581. *C. corymbosa* L. Gren. Godr. l. c. p. 277.

Abundat in cultis, ruderatis, sterilibus, agris derelictis regni valentini et Castellae novae, sed mense Augusto exeunte jam fere prorsus exsiccata acheniisque destituta erat.

582. *C. lanata* L. Gren. Godr. l. c.

In ruderatis castelli prope oppidum Chiva in regno valentino raro. Aug. c. flor. et fr.

583. *C. racemosa* L. DeC. Pr. VI. p. 547. (C. sulphurea Desf.)

In agris derelictis inter Colmenar et Chozas prope Madritum et alibi in Castella nova, haud frequens. Sept. c. flor. et fr.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0776-7

Atractylis.

584. *A. humilis* L. Gren. Godr. l. c. p. 279. — Pl. exs. coll. ven. n. 482.

In calcareis aridis inter Segorbe et Murviedro in regno valentino; jam in Aragonia australiori prope Daroca, Pozondón; in Castella nova hinc inde. Aug. c. flor. et fr.

Lappa.

585. *L. major* Gärtn.

Ad sepes, in pinguibus, ruderatis Cantabriae, prope Bilbao et alibi, etiam in Navarra et Aragonia superiore. Junio nondum florens.

Xeranthemum.

586. *X. inapertum* Willd. Gren. Godr. l. c. p. 282. — Pl. exs. coll. ven. n. 284. (X. erectum Prsl. Boiss. voy. Esp. p. 339.)

In aridis, ad agrorum margines, vias prope Jaca in Aragonia superiore copiose. Junio c. flor.

(Continuabitur in proximo hujus diarii volumine.)

Literatur.

Vergleichende Untersuchungen der Keimung, Entfaltung und Fruchtbildung höherer Kryptogamen (Moose, Farrn, Equisetaceen, Rhizocarpeen und Lycopodiaceen) und der Samenbildung der Coniferen von Wilh. Hofmeister. Leipzig, Verlag von Friedr. Hofmeister. 1851. VIII u. 179 pag. nebst 32 Kupfertaf. in 4. (Ladenpreis 5 1/3 Thlr.)

Je mehr durch das vervollkommnete Mikroskop die Möglichkeit nahe gelegt ist, die Natur in ihrer geheimsten Werkstätte zu belauschen, desto helleres Licht verbreitet sich auch durch den Fleiss der Forscher über die bisher in tiefes Dunkel gehüllten oder nur unvollkommen erkannten ersten Ausgänge des Pflanzenlebens, und die räthselhafte Klasse der Kryptogamen, deren Name schon auf ein verborgenes Geheimniss hindeutet, lässt uns dasselbe mehr und mehr unverschleiert erblicken. Nächst den grossen Fortschritten der Optik, welche die Botanik auf die fördersamste Weise für sich auszubeuten gewusst hat, ist es aber auch der von der früheren Weise der Beobachtung, welche sich vorzugsweise auf die Erkenntniss der äusseren Form, des bereits Fertigen und in sich Geschlossenen beschränkte, abweichende Weg der heutigen Forscher, die der schaffenden Natur Schritt vor Schritt folgen, und, statt sich mit der Bewunderung des fertigen Gebäudes zu begnügen, auch die einzelnen

urn:nbn:de:bvb:355-ubr05966-0777-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1851

Band/Volume: 34

Autor(en)/Author(s): Willkomm Heinrich Moritz

Artikel/Article: Sertum Florae Hispanicae 755-765